



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

Q. 95. Quid faciendum cum particulis hostiarum, quæ fortè reperiuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42545**

334

attamen ablutio vestis aut barba ordinariè non est præcipienda, quia melius est vitari turbationem vel offensionem populi, quam rubricam illam observari, Tamq. Pelliz. Gob. Lohner & alii contra Pasq. q. 315, qui tamen q. 311. fatetur rubricas illas præcipientes ablutionem loci, in quem sacra hostia cadit, non obligare sub mortali; aliud tamen est de speciebus vini, quæ imbibuntur. Addit Pasq. q. 312. non esse opus comburi hoc, in quod sacer Sanguis inciderit, sed factis esse ablui. Et de his videri debent etiam Rubricæ Missalis.

495. §. 2. Si hostia inter distribuendum decidat in finum vel intra vestes mulieris, permitti potest, ut ipsamet vel alia mulier manu sua extrahat, & reponat in Ciborium, indecens enim foret, & plerumque scandalosum, si Sacerdos ipse eximeret. Quod si ibi commodè non possit eximi, potest mulier scorsim secedere etiam ad vicinam domum, ibique eximere & referre; ablendi tamen erunt digiti mulieris, & ablutione mittenda in piscinam, Gob. Lohner p. 2. t. 26. n. 7. Pasq. q. 315.

496. Q. 95. Quid faciendum sit cum particulis hostiarum, quæ forte reperiuntur. &c. De his habet Busenb. n. 550. in fine referendus, quibus addes seqq.

§. 1. Particulæ in propria Missa consecratae sumi possunt etiam cum purifications, quasvis celebrans post Communionem suam, per horam integrum distribuerit Communionem, ut omnes communiter doceat cum Lohn. n. 6. & aliis apud Gob. t. 3. n. 420, qui idem dicunt, si immediatè post Missam diu Communionem distribuerit. Idem dicunt Gran. Dian. & alii cum Gob. n.

4223

422., si sacris vestibus adhuc induitus tales particulas advertat in Sacristia; imò Marchinus dicit Sacerdotem posse reliquias etiam alicui Sacrificii sumere, finitā Missā post multos Communi- catoꝝ, quod probabile esse dicit Tamb., quia cùm omnes Sacerdotes sint Christi Ministri, Missæ omnium censentur unum specie Sacrificium, adeo que censetur etiam ex suo Sacrificio su- mere. Similiter Caſtrop. Tamb. Burgh. Centur. 3. cas. 37. docent contra alios, si Sacerdos aghuc indu- tus sacris vestibus hostiam ab alio consecratam in valetudinarium ferat infirmo, posse postea ab- sumere particulas in patena repertas, nec posse dare infirmo, si postquam hic communicavit, prius repererit alioquin bis communicaret, si ta- men statim pōst ipsi darentur, cepereretur una esse moraliter Communio. Marchinus, Tamb. Burgh.

§. 2. Si particulæ ab alio consecratæ commode 497. aſſervari non possint, sumere potest Sacerdos et- iam post exutas sacras vester, Suar. Lug. Loh. & Gob. ſuprā. Rectius ramen aſſervantur, ſi abſit pericu- lum irreverentiaz, Suar. Tann. Id tamen non eſſe necessarium ſed consultum dicunt Bonac. & Caſtr.

§. 3. Si dubites, an particulæ, quas extraCorpo- rale invenis, ſint consecratæ, ſumendæ ſunt post 498. utramque ſpeciem, vel etiam post ablutionem, Henrīq. Bonac. Gob. n. 420. Si autem inveniatur pars hostiz circa Altare, ſumenda eſt ante pri- mam ablutionem: Quid si cum non fiat Missa, deponatur leco decenti ſinè ſolennitate, & in proxima Missa abſumatur, Pasq. q. 3. 16. Idem fieri vult Quarti p. 3. tit. 10. n. 15., ſi quis referat ho- ſtiam vel partem hostiz, dicatque eſſe conſecra- tam, non enim ſemper credi potest.

§. 4.

499. §. 4. Laico communicanti dari potest , præter hostiam nunc consecratam , etiam particula alieni Sacrificii reperta , hæc enim faciunt unam moraliter Communionem . Gob. t. 4. n. 36.

500. §. 5. Post sumptam ablutionem non est licitum sumere integrum hostiam vel ab alio vel à se consecratam , quia usus Ecclesiæ extenditur solum ad fragmenta , quæ usam moraliter Communionem constituent cum prius sumptis . Gob. n. 38.

501. Q. 96. Quid sit observandum circa renovationem Ciborii. R. seqq.

§. 1. Ciborium merito renovari debet singularis measibus , præsertim tempore humido , ne hostiæ corrumpantur . Nec obstat , quod Græci ad annum affervent , teste Arcad. I. 3. c. 55. , nam consecrant in fermentato , qui non ita facile corruptitur : & nihilominus addit melius fore , si aliquoties in anno renovarent . Quando autem renovatur Ciborium , vel hostiæ reverenter affervari non possunt , homo jejonus potest sexaginta aut etiam plures hostias sumere ; uti & cum , si non possint aliud deferri , nam deferre ad distantiam quadrantis , est nimis incommodum , inquit Gob. t. 3. n. 421.

502. §. 2. Qui purificat Ciborium , potest particulas sumpto sacro Sanguine in vacuum calicem conjicere , tuncque superfuso vino sumere ; potest etiam injicere sacro Sanguini , ut habet Con. aut etiam primæ ablutioni , ut habet Aversa : etiam potest sicco purificatorio ad indicem circumducto colligere , tuncque illam purificatorii partem excutere in calicem . Lohner p. 2. tit. 25. dicit , etiam posse particulas colligere in patenam